LITHVANIA
DVCATVS:
Samogitia, Russia, & Volhinia.

LIthuaniæ magnus Ducatus, in decem Palatinatus seu prouincias præcipuas est diuisus, quarum metropolis,& caput hoc tempore Vilna 49: 50. 55:10. est: quæ ad Viliæ & Vilnæ confluentem anno 1305.à Gedemino Duce condita, nunc est sedes Palatini inter Lithuanos primi,& Episcopi Romanæ obedientiæ Leopolienſi Archiepiscopo subditi,& Metropolitani Russiæ: qui septem sub se Episcopos græci ritus habet Polotiæ 54: 0. 56:28. Volodomiriæ 47:53.50:40. Lucæ in Volhinia Luczko, Pinscæ ad Pripetium flu. 50:11.51:51. Kyouiæ 56:30. 51:7. Præmisliæ 45:30.49:30. & Leopoli 46:33.49:13. Secundus Palatinatus est Trocensis, cuius oppida sunt Grodna ad Cronium flu. 48:40.54:0. vbi Stephanus Rex Poloniæ obiit. Launa ad Croni & Viliæ confluentem Kovvno 47:50. 55:0. Lida & Vpita. Tertius Palatinatus est Minscensis ibi Minsco ciuitas & arx 53: 0.54:48. Keidanou 52:0. 54:20. Radaskou . Borissou 54:20.54:35. Lohoisko 53:13.53' 24.f. Svvislocz 54'.20. 53'.20. Bodroisko 55'.13. 52'.40.f.& Odruczko 55'.45.54'.20. Quartus Palatinatus est Nouogrodensis,in quo Nouogrodeck ciuitas ampla & lignea 51'.40.53.40.Slonim 50'.30.53'.30.VVolkouisko 49:20. 53'.15. & alia oppida complura. Quintus Palatinatus est Brestiensis à Brestia ciuitate ampla & lignea 47:50. 52:10. f.sic denominatus est,& in hoc ciuitas Pinsko 50:10.51:50.Sextus Palatinatus est Volhiniæ in qua Lucæ Episcopi sedes 48:33.50'.20.Volodomiria 47'.53.50'.40.Cremenecia 49'.0.50'.0.Septimus Palatinatus est Kyouiæ 56'.27.51'.5. quæ vrbs quondã amplissima & vetustissima,vt ruinæ,quæ ad sex miliaria se extendunt,facile indicant, fuit & ad Boristenem sita. Ibi & Carcas 59'.3.51'.2. Kaniou 57'.47'.50'.40.& Mosfer 53'.0.52'.0.f. oppida.Octauus Palatinatus est Miecislauiensis ad Sosam & Boristenem in finibus Moscouiæ, ibi Miecislauia 57'.38. 53'.40. Dambrouna 56'.40.54'.26. Kopycz 56'.45.53'.47. Sklou comitatus 56'.23.53'.35. Mohilou 56'.48.53'.23. Bychou 56'.40.53'.0, Reczycza. Strisin oppida cum arcibus sita sunt. Nonus Palatinatus est Vitebsiensis, in quo Vitebsk ciuitas 55'.36.56'.40. ad Dunam fluuium sita,& Orsha ad Boristenem 56'.10.54'.17. Decimus Palatinatus est Polocensis,qui à Poloczko 53'.50.56'.30.ad Polotæ, & Dunæ confluentem inter Vitebsam & Liuoniam interiecta nomen sortitur. Ibi Disna 53'. 25. 56'. 26. Drissa 53'.0.56'.34. & Druha 52'.38.56'.35. oppida cum arcibus visuntur. Harum prouinciarum Palatinos & Castellanos Sigismundus Augustus Poloniæ Rex in comitijs Lublinensibus in vnum Reipublicæ corpus, cum Polonis vniuit, & certũ singulis Proceribus,Episcopis,Palatinis,& Castellanis Lithuanis locum ac ordinẽ in Senatu regni attribuit, ita vt ex vniuerso Regno Poloniæ omnibusque prouincijs illi coniunctis,sunt in Senatu Episcopi quindecim, Palatini triginta vnus, Castellani maiores triginta, minores quinquaginta,& qui officiales Regni nominantur,Marscalci regni & curiæ Cancellarij ac vice Cancellarij ac Thesaurarij duo: de quibus in Polonia latius dictum est.

Medius meridianus 53. reliqui ad hunc inclinantur ratione 52.& 56. parallelorum.

GERARDUS MERCATOR *Atlas sive Cosmographicæ Meditationes de Fabrica Mundi et Fabricati Figura* DUISBERG, 1595 THE LESSING J. ROSENWALD COLLECTION, LIBRARY OF CONGRESS Octavo